



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

LIV. König Wladislaw von Polen meldet dem Markgrafen Friedrich, daß er
auf seinen Rath den Frieden mit dem Orden auf 1 Jahr verlängern wolle,
am 18. Januar 1421.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

nos ad ordinem predictum factarum nostris negociis intenderetque nec aliquas parantes insidias tamquam tam solida treugarum pace affidati incautus apprehendens infra metas regni nostri crudeliter interfecit pedibusque ac manibus trunkatis iam extinctos proiecit in vndas et alios stipite suspendit, treugas auctoritate predicti sanctissimi domini nostri pape et serenissimi fratris Romanorum et vngarie regis firmatas offendere non expavens, Cur reuera dira fuissent continuo talio inflictis nisi nos reuerentia sedis apostolice in obseruacione treugarum huiusmodi in pietatem conuertisset. Si quis autem hiis nostris relatibus fraternitati vestre oppositum suggereret fidem illi subtrahat, quam que scribimus plenam optinent veritatis claritatem. Quocirca sinceritatem vestram petimus et rogamus ex intimis attenta nostra iusticia, qua tanta fuleitur mansuetudo, dignemini vestram nobis assistenciam et consilia impartiri omnibusque vestris ac extraneis per terras et dominia vestra ad ipsorum subsidia se transferre volentes transitum prohibere, uti sinceritas vestra a domino Romanorum et vngarie Rege accepit in commissis. Datum in Wilna vltima die mensis Octobris Anno etc. XVIII.

Relatione Sbignei de Olefchnitza, prepositi Sancti floriani Cracouienfis.

Nach Raczyński's Cod. dipl. Litth. S. 221, wo noch verschiedene andere, die Verhältnisse des Ordens betreffende Urkunden, doch gleich fehlerhaft mitgetheilt sind.

LIV. König Wladislaw von Polen meldet dem Markgrafen Friedrich, daß er auf seinen Rath den Frieden mit dem Orden auf 1 Jahr verlängern wolle, am 18. Januar 1421.

Wladislaus, dei gracia Rex Polonie lithuanieque princeps Supremus et heres Ruffie etc. Magnifico ac preclaro principi domino Friderico, Marchioni Brandenburgensi et Burggrauio Norenbergenfi, Sacri Imperii Archicamerario Illuftri, fratri et amico nostro cariffimo Sincere fraternitatis et amicicie continuum incrementum, Magnifice ac preclare princeps Illuftriffime frater et amice noster cariffime. Audita diligenter et auscultata scriptorum veftrorum continencia exhilarati fumus in animo et specialiter in eo, quod nobis scribit veftra fraternitas, quomodo gentes veftre contra aduersarios v. f. in terra Franconie de die in diem feliciter prosperant, Castra et municiones illorum, que ex nomine describitis, tam strenue, quam viriter expugnando, de felicibus inde v. f. successibus non minus quam de propriis votive gratulamur. Vt autem f. v. fumat a nobis materiam reciprocam gaudiorum eidem f. v. significare studuimus, quod creatoris nostri donante elemencia plena et valida cum prole nostra corporis fungimur sospitate et omnia nobis difpoficione diuina fuccedunt ad votum. De eo autem, quod v. f. scribit de cruciferis, quomodo duplicatis vicibus veftram iam fraternitatem accessiffent supplicantes, quatenus inter nos et Magnificum ac preclarum principem, dominum alexandrum alias Witoudum, Magnum ducem lithuanie etc. fratrem nostrum cariffimum ex una et Magiftrum ac ordinem ipforum parte ex altera Treugas ad vnum, duos, tres vel quatuor annos facere velletis, v. f. fcire cupimus, quod quanquam iam de gracia dei difpofiti fuimus et parati, quod bene anno presenti bella ipsis movere potuimus, tamen consiliis veftris nobis in Cracovia preftitis et demum post per nuncios nostros intimatis obtemperare volentes, iam cum Illuftri fratre nostro duce Magno et Confiliariis Regni nostri vnanimiter concor-

dantes, in eo conuenimus, quod ipsas Treugas admittere volumus, ex quo f. v. requirunt pro ipsis duntaxat ad vnus anni decursum, videlicet a festo sancti Johannis Baptiste proximo incipiendo vsque ad aliud festum sancti Johannis Baptiste immediate sequens vel octo diebus aut ad maximum duabus Ebdomad. post festum sancti Johannis predictum et non vltra. De conuencione vero, de qua nobis scribitis, utrum voluntatis nostre esset, durante pendencia Treugarum, cum ipsis cruciferis aliquam habere conuencionem ad tractandum de unione perpetua inter partes auctore divino procuranda, vobis ad presens referre non valemus, cum non adhuc Treugas habemus cum Cruciferis supradictis, sed factis Treugis per f. v. cum ipsis extunc ulterius vestris volumus uti consiliis, et quecunque fuerint possibilis faciemus. De conuencione itaque in Nuremberg per principes sacri Imperii electores habita et aliis novitatibus per v. f. nobis intimatis graciaram acciones vestre fraternitati referimus, Petentes v. f. ex affectu et hortantes eandem in desiderii cordis nostri, quatenus novitates in partibus Almanie occurrentes et in aliis quibuscunque et presertim fortunas vestras et status vestri continenciam sepe nobis velitis intimare, nam etfi aliquando pluribus aliis novitates de partibus almanie continue habeamus, hiis tamen, que nobis v. f. intimaret f. fidem possemus cercius adhibere, de nostris autem successibus et aliis novitatibus apud nos et in ceteris partibus occurrentibus intimacione dignis v. f. reddere crebrius curabimus cerciorem. Datum in Grodek, sabato proximo post Marcelli, Anno domini Millesimo etc. XXI^o.

Aus Boigt's Erwerbung der Neumarf S. 411.

LV. König Siegmund genehmigt die vom Herzog Rudolph von Sachsen geschehene Uebertragung des Pfandbesizes von Peitz an Albrecht Schenk zu Landsberg, am 2. Mai 1423.

Wir Sigmund, von gotes gnaden Romischer Kunig, zu allen zeiten merer des Reichs vnd zu Hungern, zu Behem, Dalmacien, Croacien etc. Kunig etc., bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem brief allen den, die in sehen oder hören lesen. Als der allerdurchluchtigist fürst, etwen Her Wenczlaw, Romischer vnd Behemischer Kunig, vnser lieber Bruder seliger, dem hochgebornen Rudolfen, etwen Herczogen zu Sachsen, des heiligen Reichs Erzmarshalk, vnserm lieben oheim vnd fürsten, dem Got gnad, dreytaufent dreyhundert vnd sieben vnd siebenzig Schok Groschen, das Slos zur Peytz, in Lawfitz gelegen, mit Mannen, Manschefften, Lehen, Lehenschefften, geistlichen vnd werntlichen, mitsampt den Stetten daselbst, Czinsen, renten, nutzen, gefellen, gerichtten, Czollen, Eckern, Wunden, Weiden, Wisen, Welden, Puschen, Strewchen, Jagden, Vogelweiden, Walsern, Walslerlwften, Bechen, fließen, Teichen, Seen, Vischereien vnd suft allen andern Zugehorunghen, nichts ausgenomen, wie man die mit sunderlichen Worten benennen mag, in pfandesweifs verfasst hat vnd derselb Herczog Rudolff die egenant Slos Peytz, das Stetel vnd vorgeant Zugehorung den Edeln Albrechten Schenk von Landsberg vnd Hansen von Seydow, seinen Bruder, vnd iren Erben fürbas eingeben vnd vorfasst hat, als das Land kundig ist; des haben wir angesehen solche Dinft vnd trewe, als vns die egenanten Albrecht vnd Hans Schenke von Landsberg, genant von Seydaw, oft vnd dick getan haben, teg-